fuit iuxta cor in latere vulneratus
vt si forte ibi anima remansisset
cruciatū sentiret. Verumtamē cū
triplex sit amor. s. sermonis. cordis
et operis. xp̄s autem ostenderat
nobis amorem sermonis in sapi
enti sermone et predicatiōe amo
rem opis in miraculoꝝ exhibicō
ne non restat nisi vt ostenderet a
morē cordis quem ostenderat in
lateris aptione. Bernar. Clauus
penetrans. clauus reserans factus
est michi. Quid. vt videam p fo
ramen. Clamat clauus. clamat
vulnus. qui est vere deus sic in xp̄o
mundum reconcilians sibi. Ter
cio cruciauerūt eius animā in sā
guine: qn̄. s. cū clauis eius venas
aperuerūt. et totum sanguinem
cum doloribus extraxerūt. ita q
corpus eius remansit in cruce ari
dum tanq̄m lignum. Ps. Aruit
tanq̄ testa virtus mea. Iob. Ossa
mea sicut cremiū aruerūt. Et assi
milat xp̄s corpus suum teste et
cremio. Nam testa que prius erat
humida: postmoduꝫ ab igne fit
arida. Similiter em̄ cremium est
lardum adustum a quo omnis
pinguedo recessit. Corpus igitur
xpristi in cruce fuit sicut testa. q
omnibus suis humoribus fuit ex
siccatum. et fuit sicut cremium. q
toto sanguine suo fuit euacuatū
Quarto cruciauerūt eius animā
in toto corpore. q a planta pedis
vsq ad verticem capitis non fuit
in eo sanitas. Cruciatus enim fu
it in toto corpore. in parte supre
ma. media et infima. Nam in par
te suprema fuit spīs vulneratus
In parte media: quando scilicet
fuit in columna flagellatus. In
infima parte: quando scilicet in
pedibus fuit pforatus vbi mag
num dolorem sensit. Et quia erat
locus neruosus. et quia pes vnus
supra alium positus. et quia gros
sis clauis perforatus. et quia inni
tebatur clauatis pedibus totum
corpus. Quarto ponitur ex par
te iudeorum magna peruersitas.
quia os domini nostri ihesu xpri
sti aceto potauerūt. Due magne
rusticitates ori xpristi facte fuerūt
Vna est quando acetum ipsi dede
runt bibere. Secundo quando tra
ditor Judas: ore suo turpissimo
os xpristi sanctissimum osculari
presumpsit. Istas enim duas rus
ticitates hodie adhuc multi pecca
tores ori xpristi faciunt. Quidaꝫ
enim dant sibi acetum id est ope
ra acerba. Psalmista. Exacerba
uit dominum peccator. Cum em̄
dari deberet ori domini nostri ihe
su xpristi vinum suaue id est ope
ra bona et deo placita: dant sibi a
cetum id est opera acerba. Jhere
mie quinto. Expectaui vt facēt v
uas et fecit labruscas. Secun
do sunt quidam qui adhuc xpri
sti os cum ipso iuda osculantur
Quatuor namq psone sunt xpri
stum osculate. Nam osculata fu
it eum mater sua. quia quando


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG